QL
468
W5
ENT.

Cc

A. L. MELANDER
From the Library of
J. M. ALDRICH

J. M. ALDRICH
National Museum
WASHINGTON, D. C.

MONOGRAPHIA
GENERIS MIDARUM

A

C. R. Christian Rudolf G. WIEDEMANN,

REGIOM. PROF., A. C. N. C. S.

CUM TABULIS III. PICTIS.

(*Academiae trad. d. VI. Jul. a. MDCCCXXIX.*)

SMITHSONIAN
JUL 3 1 1961
LIBRARY

...Biblioteca Central

Cum Meigenio, viro clarissimo, adhortante ante annos XI Midam Lusitanicum describerem [1]), sola haec fuit generis huius species, quae praeter Midam filatum Fabr. tum mihi innotuisset, cuius quidem exemplum in thorace attritum ex Museo Comitis ab Hoffmannsegg tum Berolini asservato mihi permissum erat. Antennas et alarum venas depinxi et tabulam a me exaratam secutus Meigenius icones suas edidit. [2]) Anno post, quinque iam huius generis species exoticae mihi erant describendae [3]), qui numerus mox ita auctus est, ut duodecim essent species, quae volumine primo libri mei, qui secundum voluntatem redemtoris lingua vernacula scriptus prodiit, Hamonae 1828, recenserentur. [4]) Sed ex quo Conventum Physicorum Medicorumque Germaniae, Berolini Anno 1828 habitum frequentavi, et instructissimum Regiae illius Museum Zoologicum perlustravi, non solum in octo novas species incidi, sed etiam plurium exemplorum comparatione de nonnullis priorum sententiam meam ita immutavi, ut loco duarum, quae olim fue-

---

[1]) *Meigen systematische Beschreibung der bekannten europäischen zweiflügeligen Insekten. Zweiter Theil. Aachen* 1820. *S.* 130.

[2]) L. l. Tab. 16. Fig. 5. 6.

[3]) Diptera exotica I. Kiliae 1821.

[4]) *Aussereuropäische zweiflügelige Insekten I. pag.* 239—44. 559 *et* 5.

runt [5]), iam viginti tres sint Midarum species, quas in hac mea Generis Midarum Monographia constituendas habeam.

Insectum illud, quod Fabriciano Generi Midarum fundamento et per multos annos sola huius generis species fuit, iam inde ab anno 1770 icone accuratissima, quam Drury in *Illustrations of natural History* exhibet [6]), notum est, quo in libro Tab. XLIV. Fig. 1. sub nomine *Musca clavata* conspicitur. Degeerius quoque in libro utilissimo *Abhandlungen zur Geschichte der Insekten* in Vol. VI. Tab. XXIX. Fig. 6. sub nomine *Nemotelus asiloides* id delineandum curavit, sed icon haec parum recta est, quia decursus venarum in alis nulla ratio est habita; antennae tantum fig. 7. bene in maius auctae propositae sunt. [7])

Fabricius hanc bestiolam primum Anno 1775 in Systemate entomologico (pag. 757. num. 1.) sub genere suo *Bibione* produxit, quod genus tum quoque *Hermetiam illucentem*, quae hodie vocatur, nec non omnes *Therevas* Latr. et Meig., quin etiam *Anthraces* complectebatur. Eodem modo compositum genus Bibionum etiam in Fabricii Mantissa Insectorum II, Hafniae 1787, nobis occurrit, nisi quod nomen *Bibio illucens* iam in *B. filata* mutatum est, idque merito; nam in *Muscam illucentem*, quam Linnaeus ex Degeerii Museo protractam descri-

---

[5]) Tertia enim species quaedam, sed nomine tantum, ex Catalogo Holthuysiano inde ab anno 1796 nota erat: v. i. *Midas nitidus*.

[6]) Qui ob unam tantum, quae adhuc exstat, speciem novum aliquod genus constituere dubitant, hoc exemplo discant, a casu quodam, qui plerumque fortuitus est, pendere, utrum diu haec species unica sit in genere suo, an mox plurimae aliae ei adstruantur.

[7]) Volumen VI. ipsum prodiit lingua Gallica a. 1776, versio Germanica a. 1782.

psit, plane non conveniunt, quae Fabricius de *Bibione illucente* dicit (Syst. entomolog. I.) „femoribus posticis serratis“, quid, quod verba a Linnaeo addita: „abdominis segmentum secundum glaucum“ Fabricium docere poterant, Bibionem illucentem suam a Linnaei Musca illucente plane esse diversam.

Anno 1794 demum Fabricius Genus *Midas*, sive, ut ipse constanter scripsit, *Mydas*, in Entomologia systematica IV. 252. constituit, sed quamquam Degeerii opus et icones in eo contentas inspexisse debuit, tamen non solum Degeerii *Nemotelum illucentem* ei adnumeravit, sed etiam Bibionem aliquam (Therevam Latr.) minime dubiam, *Bibionem bilineatam.* [8])

Latreillius recte Midam illucentem disiunxit et separavit a ceteris, proprium genus, *Hermetia*, ex eo constituens: „*le Mi-*„*das illucens nous ayant offert des caractères particuliers*“ — „*ces caractères se trouvent principalement dans les an-*„*tennes, dont la dernière pièce est ellipsoidale, moitié arti-*„*culée, moitié simple et comprimée dans les hermities, au* „*lieu que dans les midas cette pièce est en massue inarticu-*„*lée.*“ [9]) Sed antennarum diversitas iam a Degeerio probe observata et in Nemotelo suo „*à anneau transparent*“ bene icone expressa est.

Tandem Fabricius quoque Latreillii genus *Hermetia* assumsit in Systemate Antliatorum Brunsvigae 1805, iure etiam tertiam Entomologiae systematicae speciem, *bilineatam*, a Midis segregavit et in Systemate Antl. pag. 60. unam tantum spe-

---

[8]) Fabr. l. l. pag. 233. num. 3.

[9]) *Latreille Hist. nat. des Crustacés et des Insectes. Tome XIV. Paris an XIII* (1805.) *pag.* 335.

ciem, *Midam filatum* descripsit. Catalogus enim Holthuysianus, supra laudatus, Fabricium sine dubio fefellit, nam fieri non potuisset, quin vir ille peregrinandi amantissimus Hamburgi videret, num Midas iste ibi enumeratus re vera altera huius generis esset species, nec sine magno gaudio insignem novam aliquam speciem reperisset, quo novum suum genus locupletaret.

Notas genericas Fabricius has indicat in Entomologiae systematicae pag. 252.

„Haustellum seta unica absque vagina aut palpis. An„tennae approximatae: clava compressa ovata.“

Sed ex iis, quae in altero falso Mida, illucente, addita sunt pag. 253, patet designationem illam ab Hermetia desumtam esse, quam ita describit:

„Proboscis parva, acuta: capitulo compresso, rotundato. „Haustellum breve seta unica in canali dorsali proboscidis re„condenda. Palpi omnino nulli.“

Sed in Hermetiam quoque hanc descriptionem non quadrare, per se clarum erat, et Fabricius ipse hunc errorem corrigit in Systemate Antliatorum, ubi Palpos certe in *Hermetia* indicat et accuratius describit, de setis haustelli vero, vel de seta unica omnino tacet. Sed hic non est locus, in hoc genus altius inquirendi. Potius ad *Midas* revertamur, et primo quidem ad Orthographiam, vel potius quae Fabricio placuit Cacographiam nominis gentilis *Mydas*, qui lapsus calami fuisse videtur. Nam etiamsi hoc mirum videri possit, quod errorem Entomologiae systematicae in Systemate Antliatorum repetitum videmus, tamen frustra aliam huius nominis derivationem quaesivimus, neque dubitari potest, quin Regis Midae spatiosae aures, quibus porrectiores huius generis Dipterorum antennae

satis apte comparari possunt, huic nomen suum dederint, idque eo meliore iure, quo Physicis nonnullis auditus sensum in antennis sedem suam habere placuit. Quam ob rem nomen illud in posterum generis sit masculini et literam *y* cum litera *i* commutet!

Sed quibusnam notis genericis a Fabricio Genus Midarum praeditum est? Ordinem ducit Midas in divisione secunda Systematis Antliatorum p. VIII.

„Antennis parum articulatis, porrectis, nudis, ore proboscide haustelloque."

et in conspectu generali eadem pagina ita describitur:

„*Palpi* breves subulati."

„Antennarum articulo ultimo maiori, compresso."

Infra, in textu ipso (pag. 60.) additur

„Os haud porrectum."

„Palpi duo exserti, breves, subulati."

„Antennae porrectae triarticulatae: articulo tertio maiori, ovato, „compresso."

et mox in textu de Mida filata pag. 61. haec leguntur:

„*Os* haud porrectum, apertura parva oblonga, proboscide, haustello palpisque. *Proboscis* exserta, vix retractilis, porrecta: „stipite corneo, cylindrico, elongato, late canaliculato, medio „geniculato, *capitulo* parvo, carnoso, bilabiato: laciniis aequalibus, ciliatis. *Haustellum* breve, vagina univalvi, cornea, longitudine stipitis, apice obtusa, emarginata. *Setae* tres aequales, setaceae, corneae, acutae, longitudine vaginae. *Palpi* duo „breves, exserti, subulati, longitudine dimidia vaginae haustelli „ad basin proboscidis inserti. *Antennae* porrectae, elongatae, „approximatae, triarticulatae: articulo primo brevi, crassiori,

„secundo cylindrico, longissimo; tertio crassiori compresso, „ovato; frontis medio insertae.“

Videbimus statim quae ad haec sint monenda.

Latreillius genus Midarum prius in Historia naturali s. l. familiae suae Stratiomydarum adnumeravit, postea vero cum genere suo Therevarum (Bibionum F.) coniunxit novamque fecit familiam Midasiorum [10]). Mydarum (nam ita et hic scribit) notas genericas has profert:

„Antennae capitis truncique dimidii longitudine, articulo „tertio longissimo, ultra medium partito, ad apicem ovato-cla„vato; illius apice summo truncato concavo, stylum parvum, „subobsoletum includente.“

„Observationes. Antennarum articulus primus tertio ad„modum brevior. Haustellum setis lanceolatis; supera obtusa „acute bifida; duabus intermediis, forsan pro palpis a Fabricio „habitis. Palpi brevissimi? Proboscis capitulo in contractione „subtrigono, compresso.“

„Ocelli? (unus ad summum obvius). Pedes validi, tibiis „arcuatis, posticis in M. filata acuminato-productis. Cellula „mediastina marginali longior, apicem alae fere attingens; cel„lula submarginalis infera seu apicalis subtransversa vel obli„qua, mediastinae ad apicem imposita; cellulae discoidales an„gustae, elongatae; exteriori longissima; areae intermediae lim„bus posticus cellulis quatuor; ex illis tribus magis superis: pri„ma sive exteriore cellulis discoidalibus externae et inferae sub„iecta, subperfecta, arcuato-transversa, alae margine externo „definita; secunda s. media cellulae discoidalis inferae lateri

---

[10]) Genera Crustaceorum et Insectorum IV. Paris. 1809. pag. 293.

„interno adnexa, elongata, longitudinali, perfecta; tertia sive in-
„terna praecedente et cellula anali ad basin conclusa, infra si-
„nistrorsum protensa et limbi postici partem alteram sive api-
„calem terminante et cellulae exteriori supra dictae subiecta."

„Antennarum articulus tertius paulum ante incisionem
„transversam coarctatus. Speciem novam antennis, alis pedi-
„busque praeter colores et magnitudinem a praecedente (M. fila-
„ta F.) paululum diversam ex Aegypto attulit Dom. Savigny." *)

In notis Familiae Latreillius diserte dicit: „haustellum setis
„quatuor: 1. 2. 1. supera et infera validioribus; supera latiore,
„breviore, ad apicem bifida aut emarginata, paululum infra ca-
„naliculata."

Notum est, Latreillium *labrum* vocare setam haustelli, quam Fabricius vaginam haustelli nominat, sed et hic et ille partes hasce in Mida aliquo certe non sunt scrutati; nam exsiccatae amplius produci nequeunt. Latreillius sine dubio ad partes interiores cognoscendas Therevas recens captas inspexit; sed unde Fabricius, quae nobis venditat, sumserit, plane ambigo. At res ipsa est minoris momenti, quod partes istae in diversis generibus parum inter se discrepant, ita ut ad genera distinguenda adhiberi non possint. Quod si Latreillius Fabricium ambas setas intermedias (mandibulas) pro palpis habuisse arguit, tamen ei assentiri non possumus; nam quamvis brevissimi sint palpi, tamen in compluribus exemplis, quae ipsi inspeximus, in oris cavo summa cum perspicuitate comparent, quam ob rem in recentissimo suo etiam opere errat Latreillius [11]), cum Palpos

---

*) Forsan *M. vittatus* noster v. i. N. 22? a Ruppellio ex Nubia advectus

[11]) *Familles naturelles du Règne animal. Paris* 1825.

nullos in Midis conspici dicat. Minus fallitur Latreillius de ocellis dicens: „unus ad summum obvius“; nam in maximis speciebus e. g. Mida giganteo, cet. praeter unicum nulli conspiciuntur ocelli, sed compluribus sulcis directis implicatum tuberculum planum glabrum in fronte tantum reperitur, ocellum vix mentiens.

Sed antennarum forma tam insignis est, ut vel neglecto decursu alarum venarum plane miro et notabili, tamen illae ad internoscendum genus Midarum per se iam sufficiant, etiamsi in dubio adhuc relinquendum foret, quisnam verus sit articulorum antennarum numerus. Et Fabricius et Latreillius antennis tres articulos assignant, qua in re falluntur; nam etsi quis infra clavam exstantem illam particulam, quam nos iam in Meigenii libro supra laudato II. p. 131. descripsimus et Tab. 16. fig. 5. icone expressimus, non pro articulo aliquo accipere velit, clava tamen ipsa per se articulum efficit, qui in Mida brevicorni v. i. N. 10. aliisque satis distincta comparet. Duos parvos articulos basilares ipse [12]) indicavit: „primo cylindrico, secundo brevissimo“, ita ut, si recte computamus, Latreillius quoque plus quam tres articulos enumeret. Quae Latreillius vero de antennarum mensura dicit: „capitis truncique dimidii longitudine“ [13]) in Midam filatum tantum cadunt atque denuo demonstrant, in mensuris haud multum praesidii esse ad certas notas genericas constituendas. Compares modo inter se diversas Midarum species, quales natura ipsa genuit, et videbis quam vana sit mensurae ista indicatio. Midas brevicornis,

---

[12]) Genera Cr. et Ins. IV. p. 293. in Familiae Mydasiorum notis.

[13]) l. l. p. 294. in Generis Midae notis.

lusitanicus et rubidapex plurimum inter se longitudine antennarum differunt. Latreillius omnem antennarum longitudinem praeter breves illos articulos basilares unum tantum articulum efficere statuit, ac de tertio hoc et extremo articulo dicit: „ultra medium partito“ (l. l. pag. 294.), sed haec partitio ipsa fines duorum articulorum indicat et in compluribus constrictione quadam sive coarctatione satis dilucide exprimitur. Sinus in interiore parte apicis articuli terminalis tuberculum habet exiguum admodum acutum, quod vero, cum in omnibus speciebus non aeque manifestum sit, temere additum nec ipsam huius generis naturam spectare videtur.

Fabricius maxime de antennis haerere videtur, nam p. VIII. dicit: „antenis parum articulatis“, infra: „Antennarum articulo „ultimo maiori“, p. 60: „triarticulatae: articulo tertio maiori“, p. 61. tandem: „triarticulatae: articulo primo brevi, crassiori, „secundo cylindrico longissimo, tertio crassiori compresso cet.“ itaque articulum secundum plane praetermittit, clavam pro vero articulo habet, Latreillius contra articulum secundum recte quidem agnoscit, at clavam perperam articulo tertio confundit.

Generalem corporis descriptionem, qualem Fabricius in ceteris generibus proposuit, de genere *Mida* in Systemate Antliatorum agens non dedit, et apud Latreillium eiusmodi descriptio inter notas Familiae tantum occurrit, ita ut ad Therevas quoque referenda sit atque ob eam causam omnino nobis non satisfaciat.

Latreillius multum in describendis alarum venis sudavit; sed una icon, accurate delineata omnibus verbis et copiosissime quidem et abundantissime de hac re agentibus, praeferenda est. Quam ob rem pagellis hisce additae tabulae praestantissimae,

sicut eximiam eorum, qui illas delineaverunt, artem testantur, ita me quoque in verbis breviorem esse sinunt.

Post Latreillium Olivier non solum de Genere Midarum sed etiam de eiusdem speciebus copiosissime egit, et licet unum ex articulis antennarum neglexerit, tamen palpos recte indicavit, totius corporis descriptionem generalem addidit (ubi quidem ocellorum nulla mentio est facta,) et quod nemo ante praestiterat, vivendi habitum Midarum docuit. Midas enim, quos et habitu et vitae genere Dasypogonibus comparat, feras nominat bestias, semper aliis insectis insidentes, quae volantia intercipiant et exsugant, saepissime Hymenoptera et prae ceteris quidem fortissima et munitissima eorum optimisque armis instructa, quae longis suis pedibus arrepta, nihil curantes captivorum aculeos, protrahant. In una specie, quam in Sakhariae pyramidis invenit, ipse vitae habitum vidit. De maioribus speciebus Americanis num ab aliis peregrinatoribus fuerit edoctus, mihi non liquet, tamen id factum esse auguror.

Cum Encyclopaedia methodica ne in omnibus quidem bibliothecis publicis extet, in privatis vero plurimis desideretur, omnem illum locum, qui de Genere Midas agit, ut est lingua Gallica perscriptus, hic addimus [14]), omittimus vero ut omnia

---

[14]) *Encyclopédie méthodique. Histoire naturelle (Insectes) Par M. Olivier. Tome 8me.* 1811. *pag.* 80 *et* 81. *Mydas. Genre d'insectes de l'Ordre des Diptères, placé d'abord par Latreille dans la famille des Stratiomydes et ensuite dans celle des Mydasiens.*

Les Mydas sont des insectes d'un volume assez considérable, qui ont deux ailes horizontales, croisées, assez grandes; les antennes plus longues que la tête, triarticulées et en masse; le corps allongé, presque cylindrique; les pattes assez longues, et la trompe courte, rétractile, bilabiée.

superflua, quae sub voce *Mydasiens* (l. l. p. 83) leguntur, nec non, quae sub voce *Tanystoma* (Tom. X. 1825. p. 537) de Midasiis breviter iisdem fere verbis repetuntur. In posterioribus lexicis, quae apud nos haud minus desiderantur, non solum

---

Ces insectes se rapprochent un peu des Asiles et surtout des Dasypogons, par la forme du corps et par la manière de vivre, mais ils en diffèrent essentiellement par les organes de la bouche, par les antennes et par les nervures des ailes. Degeer, qui les a décrits le premier, les avoit rangés parmi les Némotèles et M. Fabricius en avoit des Bibions avant d'en avoir formé un genre particulier.

Les antennes des Mydas sont plus longues que la tête, rapprochées à leur base, insérées a la partie antérieure du front et composées de trois articles, dont le premier est court, cylindrique, le second est long, cylindrique, à peine renflé à son extrémité; le dernier est terminé en masse un peu comprimée.

La trompe est courte, rétractile, terminée par deux lèvres, et creusée en gouttière à sa partie supérieure, pour recevoir le suçoir composé de trois pièces, dont deux courtes, subulées, et la troisième supérieure plus large et obtuse. Les antennules, qui se trouvent à la base latérale de la trompe, sont très-courtes, à peine apparentes.

La tête est courte, large, applatie en avant et en arrière, comme celle des Dasypogons et les yeux à réseaux sont grands et ovales.

Le corcelet est cylindrique ou presque carré, peu convexe. Les ailes ont leurs nervures bien marquées et un peu saillantes. Les balanciers sont en forme de petit bouton porté sur un pédicule fort mince.

L'abdomen est allongé, presque cylindrique, un peu déprimé, et fort peu aminci à son extremité. Les pattes sont assez longues. Les postérieures, un peu plus longues que les autres, ont leurs cuisses assez grosses, ordinairement armées en dessous de petites épines aiguës.

Les Mydas, ainsi que nous l'avons dit, se rapprochent des Asiles par la manière de vivre. Ils vivent de rapine, et font une guerre continuelle aux autres insectes, qu'ils attrapent en volant, et dont ils retirent tous les sucs au moyen de leur trompe. On les voit attaquer les Hyménoptères les plus forts et les mieux armés, et les emporter entre leurs longues pattes, sans que l'aiguillon de ceux-ci puisse les atteindre. Leurs larves nous sont inconnues.

nihil novi de Midis profertur, sed ne notum quidem. In Dictionario scientiarum naturalium Tom. XXXI. 1824. p. 47. Dumeril si minus in ceteris, tamen in iis, quae ad Orthographiam attinent, de Midis meritus est, nisi quod in eo erravit, quod

---

pag. 82. *Mydas* Fab. Latr. Nemotelus Deg.

Caractères génériques.

Antennes, plus longues que la tête, rapprochées à leur base, composées de trois articles, dont le second est allongé, et le dernier en masse comprimée.

Trompe courte, retractile, bilabiée, composée de quatre pièces. Suçoir de trois pièces; les deux latérales courtes, tubulées; la troisième supérieure, obtuse.

Deux antennules courtes, à peine apparentes.

Espèces.

1. *Mydas effilé. Noir; avec le second anneau de l'abdomen rouge sur les côtés.*
2. *Mydas nitidule. Noir; abdomen avec quatre anneaux marqués sur les côtés de taches d'un vert doré.*
3. *Mydas bleuâtre. Noir; abdomen d'un bleu luisant.*
4. *Mydas rayé. Noir; corcelet rayé de gris; abdomen avec le bord des anneaux blanc.*

pag. 83. 1. *Mydas effilé.* Mydas filata.

Mydas nigra, abdominis segmento secundo lateribus testaceis. (Sequitur Syononymia Auctorum).

Il est grand, peu velu, entièrement noir, avec une bande d'un rouge brun sur le second anneau de l'abdomen, interrompue au milieu. Les ailes sont noirâtres, luisantes. Les cuisses postérieures sont grandes et armées en dessous de petites épines aiguës.

Il se trouve dans la Caroline, la Géorgie, la Pensilvanie.

2. *Mydas nitidule.* Mydas nitidula.

Mydas nigra, abdominis segmentis quatuor lateribus viridi aureis.

Il est plus grand que le précédent. Les antennes sont noires. La tête et le corcelet sont noirs, et couverts, en quelques endroits, de poils roux. L'abdomen est noir, avec une tache d'un vert doré de chaque côté du second, du troisième, du quatrième et du cin-

Latreillium primum hoc nomen generi alicui insectorum imposuisse dicit. Tom. XXXIV. 1825. p. 1. eadem repetuntur sub voce *Mydas* propter Orthographiam.

In recentissimo opere, quod inscribitur: *Dictionaire classique d'histoire naturelle* T. XI. 1827, quod tamen classici nomine minime dignum esse videtur, *Guerin* de Midis agit, sed ita, ut iudicium, quod modo de hoc opere tulimus, inde probari possit; nam non solum pravam scripturam *Mydas* spreto

---

quième anneau: on remarque quelques poils roux sur le premier. Les ailes sont transparentes, avec une légère teinte brune surtout sur le bord extérieur. Les pattes sont noires: les postérieures sont peu renflées, et ont des épines trés-courtes à leur partie intérieure.

Il se trouve dans l'Amérique méridionale.

3. *Mydas bleuâtre.* Mydas coerulescens.

Mydas nigra, abdomine coeruleo, nitido.

Il est de la grandeur du Mydas nitidule. Le front est velu. La tête et le corcelet sont noirs, peu velus. L'abdomen est d'un bleu très-brillant. Les pattes sont noires. Les ailes sont brunes, avec le bord postérieur transparent.

Il se trouve dans l'Amérique méridionale.

4. *Mydas rayé.* Mydas lineata.

Mydas nigra, thorace cinereo lineato; abdominis segmentis margine albis.

Il est beaucoup plus aminci que les précédens. Les antennes sont noires. La tête est cendrée avec les yeux noirs. Le corcelet est noir en dessus, avec quatre rayes cendrés. L'abdomen est allongé, cylindrique, beaucoup plus aminci que dans le Mydas effilé, noirâtre avec le bord de chaque anneau blanc. Les pattes sont noirâtres. Les cuisses postérieures sont légerement épineuses en dessous, et peu renflées. Les ailes sont plus courtes que l'abdomen; elles sont transparentes avec les nervures noires, et un peu d'obscur auprès de ces nervures.

Je l'ai trouvé en Égypte, près des pyramides de Sakhara.

Dumerilio, qui saniora docuit, retinuit, sed etiam nihil curans, quae Olivier iam ante sedecim annos de vivendi genere communicavit, hoc plane ignotum esse contendit, quod tamen Thunbergius de suo tantum Mida giganteo asseverat, quamquam et haec fortasse non scripsisset, si novisset vel inspexisset ea, quae Olivierius in Encyclopaedia methodica anno 1811 de ea re disputaverat. [15])

Midas.

Character essentialis.

Antennarum articulus terminalis ovato-clavatus.

Character generis.

Antennae porrectae, basi approximatae, clavatae: clava terminali, ovali, apice truncata, interne excavata.

Ocellus unicus, in parte antica frontis.

Alae incumbentes.

Femora postica subtus spinulosa.

Descriptio generis.

Antennarum longitudo plerumque stethidium paulum excedens; basis composita articulis duobus: primo brevi cylindrico; secundo breviori subcyathiformi; articulus tertius gracilis cylindricus, bi-vel tripartitus; articulus quartus terminalis, clavam

---

[15]) Viro nobilissimo et ornatissimo ab Heyden, Senatori Francofurtano, Entomologo oculatissimo, publice hic gratias agere debeo, qui ex omnibus illis operibus, cum in Bibliotheca Universitatis Kiloniensis non exstent, locos, de quibus diximus, exscriptos pro sua erga me benevolentia humanissime mecum communicavit, quae literae die 8vo Mensis Maii h. a. ad me delatae sunt.

referens, a tertio omnino distinctus, in nonnullis bipartitus, apice truncatus et interne excavatus, sinu spinulam s. stylum saepe obsoletissimum vel plane nullum continente. Caput transversum, stethidio paulo latius; epistoma [16]) descendens sphaerico-convexum, supra utrinque profunde impressum; frons tuberculo medio maiore, planiusculo glabro, longitudinaliter sulcato, ocelloque anteriore minore hemisphaerico. [17]) Thorax oblongo-quadratus, latitudine triente longior, humeris extus prominentibus, scutello transverso, brevissimo; metathorace magnitudine scutellum excedente. Abdomen subcylindricum, septannulatum, annulo primo latiore antice utrinque in processum brevissimum acutiusculum extenso. Partes genitales in abdominis apice sitae, maribus laminis duabus lateralibus tectae, feminis setulis terminatae. Alae transversim rugatae, abdomine latiores et plerumque paulo longiores (in nonnullis speciebus, maximam partem minoribus, paulo breviores), basi lobulo interno duplici minore margine ciliato; halteres nudi breves. Pedes haud elongati, femoribus posticis plerumque paulo crassioribus, subtus duplici serie spinarum, tibiis posticis spina terminali armatis.

---

[16]) Quo quidem termino technico Latreillius in recentissimo suo opere (*Familles naturelles du règne animal. Paris* 1825.) usus, loco vocabuli hypostoma, quod Bouché, Berolinensis, antea proposuerat ad literam verbum „facies inferior" (*Untergesicht*) vertere cupiens. Sed cum στόμα non faciem sed os significet, facies inferior, quia proxime supra oris cavum sita est, vocabulo ἐπίστομα designanda erat.

[17]) Quod ocellus et in maximis quidem speciebus pro tali cognosci non potest, inde fieri existimo, quod in calidioribus regionibus, ubi hae bestiae unice vivunt, celerius exsiccentur, vel quod horum ocellorum corneae teneriores sint et molliores quam in aliis.

Elenchus specierum.

a. Alis sinuato pictis margine interno dilutiori.

1. *Midas giganteus*: Ater, thorace vittis dilutioribus, abdomine maris chalybeo, feminae vix coerulescente, alis nigris ♀ fuscis ♂

2. *Midas rubidapex.* Niger, antennis apice, alis ad marginem externum rubidis.

3. *Midas mystaceus.* Ater, antennis rubidis, epistomate utrinque albo-piloso, alis sinuato nigris.

4. *Midas leucops.* Niger, thoracis vittis et epistomate albo-pilosis, abdomine chalybeo, alis sinuato luteis.

5. *Midas apicalis.* Niger, abdomine chalybeo, medio nigro, antennis apice rubris, alis sinuato nigris.

b. Alis unicoloribus.

6. *Midas politus.* Niger, abdomine cupreo, alis nigris.

7. *Midas filatus.* Niger, abdominis secundo segmento rubido, alis nigris.

8. *Midas ruficornis.* Thorace antice submelleo, antennis ferrugineis, abdomine violascente nigro, alis fuscis.

9. *Midas tibialis.* Niger, tibiis tarsisque flavis, alis fuscanis.

10. *Midas nitidulus.* Niger, abdomine subcupreo utrinque viridaureis maculis, alis dilute flavidis.

11. *Midas fulvifrons.* Niger, abdominis medio melleo, alis fuscis.

12. *Midas tricolor.* Thorace femoribusque posticis rubidis, epistomate aurato, abdomine chalybeo, alis flavis.

13. *Midas fasciatus.* Niger, thoracis hirsutie, pedibus, antennarumque apice ferrugineis, alis flavis.

14. *Midas Westermanni.* Thorace abdominisque basi flavido-villosis, reliquo corpore nigro hirto, alis disco flavidis.

15. *Midas rufithorax.* Thorace rufo-hirto, abdominis incisuris alisque flavidis.

16. *Midas virgatus.* Niger, thorace albo-vittato, alis infumatis.

17. *Midas notospilus.* Niger, thorace maculis sex albis, abdominis fasciis pedibusque flavis, alis flavidis.

18. *Midas lusitanicus.* Niger, thorace vittis abdomine fasciis albis, alis vix flavidis.

19. *Midas callosus.* Niger, abdomine pedibusque fuscanis, vel nigris, alis brunneis.

20. *Midas vittatus.* Canus, thorace vittis nigellis, abdomine brunneo albo inciso, alis limpidis.

c. *Alis plagiatis.*

21. *Midas brevicornis.* Niger, antennis brevissimis, abdominis segmentis 3, 4 flavido diaphanis, alis area costali maculaque apicali fuscis.

22. *Midas interruptus.* Niger, abdomine fasciis tribus flavis: prima utrinque interrupta, alis ad marginem costalem, venas medias, apicemque fuscanis.

23. *Midas longirostris.* Niger, thorace vittis, abdomine fasciis flavidis, alis ad costam plaga fusca, ante apicem bipartita.

Descriptio specierum.

1. *Midas giganteus.*

Ater, thorace vittis dilutioribus; abdomine maris chalybeo, feminae vix coerulescente; alis in mare colcotharinis vel fuscanis in femina nigris: margine interno apiceque fuscano-flavidis. Long. lin. 15—18 ♂, —20 ♀. E Brasilia.

Tab. LII. Fig. 1. ♂, ♀.

Mydas gigantea Thunberg in *Kongl. Vetenskaps Academiens nya Handlingar* 1818. p.246. fig.9. [18])

M. gigantea Wied. Dipt. exot. I. p.116. n.1. Atra, abdomine chalybeo; alis colcotharinis margine flavicante.

M. gigantea Wiedem. *Aussereurop. zweifl. Insekt.* I. p.239. 1.

Antennae nigrae, longitudine linearum quinque: articulus tertius omnium longissimus, triente apicali partitus, clava ipsa

---

[18]) Cum Acta Holm. lingua Suecica prodierunt, cuius haud sane multi rerum naturalium curiosi in Germania notitiam aliquam habent aut usum, totius commentationis versionem hic addo.

Mydas gigantea.

Patria huius Muscae maximae est Brasilia. Cum Genere Mydarum maxime conveniens ei adnumerari numerumque exiguum illius augere possit. Notae praecipuae sunt: proboscis clavae similis, antennae valde elongatae, filiformes, inter oculos positae, approximatae, quarum articulus ultimus est elongato-ovatus, apice brevi. Caput thorace paulo angustius, oculis brunneis. Proboscis brevis, in parte inferiore filiformis, capitulo ovali. Epistoma convexum, parte extrema acutiusculum, hirtum. Antennae inter oculos insertae, basi approximatae, minime vero cohaerentes, post basin filiformes, unguis fere longitudine, apice articulo elongato, acutiusculo, externe directo, longitudine aequante dimidium ceterae partis. Cervix brevis caput a thorace plane seiungit. Thorax latitudine paulo longior, supra convexus, lineis tribus saturatioribus, longitudinalibus, parum distinctis. Abdomen thorace paulo latius, segmentis octo convexis

s. articulus quartus paulo ultra trientem basilarem iterum partita. Epistoma nigrum, pilis nigris adpressis. Thorax ater vittis tribus parum conspicuis, minus atris: media longitudinaliter divisa. Abdomen maris chalybeum, feminae vix coerulescens, certo quodam situ subsericeo micans. Alae maris nunc colco-

---

glabris, exceptis primo holosericeo, anoque s. extremo pilis aliquot raris munito. Pedes sex, quorum par postremum maius, longius, femoribus crassioribus, tibiis pilis tenuissimis obsitis, tarsisque quinquarticulatis, unguiculis duobus. a) Alae margine crassiore externo omnino nigrae, opacae, margine tenuiore solum fuliginosae et diaphanae, venis distincte apparentibus. In basi alarum conspiciuntur lobuli duo, maior et minor, quasi fissura divisi. Halteres filiformes, capitulo rotundo, truncato.

Color totius Muscae niger, at abdomine in coeruleo nitidum incidente.

Antennarum longitudo $^3/_4$ pollicum. Longitudo totius Muscae a capite ad anum $2^1/_4$ poll. Longitudo abdominis $1^1/_2$ poll. latitudo $^5/_8$ poll. Long. alarum $1^3/_8$, latitudo in medio $^3/_4$ distantia apicum alarum horizontaliter expansarum 4 pollicum.

Huius Muscae oeconomia, habitudines, victus, metamorphoses ceteraeque qualitates hucusque omnino ignotae sunt.

A tribus speciebus huius Generis, in Fabricii Systema receptis, haec Mydas gigantea distinguitur magnitudine insolita, abdomine unicolore coerulescente, absque maculis diaphanis, pedibusque nigris.

Pluribus forsan imposterum detectis speciebus notae verosimiliter apparebunt huius Muscae, quibus novum genus erigi possit; cum vero hucusque unica haec species tantum innotuit, referri posse ad Genus Mydarum arbitrabar, quarum maximam offert analogiam, a familiis Bibionum et Stratiomydum magis distans.

Icon adiecta magnitudinem naturalem refert. b)

a) Cum Thunbergius dentium sive spinarum in postremis pedibus nullam faciat mentionem, de alia specie cogitare quis possit, sed isti tam breves sunt, ut pilis, sive setis, fere tegantur.

b) Nomen Midae gigantei huic speciei eodem fere tempore imposui, ac beatus Thunbergius. Ceterum animadvertendum est, Thunbergii descriptionem in iis, quae magnitudinem spectant, cum ea, quam addidit, icone parum convenire, in qua singula aliquanto minora brevioraque apparent, ita ut in describendo non Gallica mensura, qua solent eruditi, sed Hamburgica usus esse videatur.

tharinae, nunc fuscanae, lobulo baseos laete flavido; feminae fusco-nigrae lobulo nigro, margo alarum internus in ambobus fuscano-flavidus; halteres fusco-nigri. Pedes nigri. Exstant mas et femina in Museo nostro, et in Museo Westermanni Havniae. Mares etiam vidi in Museo Regio Havniensi et Berolinensi.

Procul dubio Midas coerulescens Oliv. (v.s. pag. 33.) mas est huius speciei, nam ut semper apud Fabricium, color coeruleus nitidus et hic designet quod nos dicimus *stahlblau, metallischglänzend blau:* chalybeus. Magnitudo cum *nitidulo* est comparata et plane congruit.

2. *Midas rubidapex.*

Niger, antennis apice rubris, alis rubido-flavis extrema basi nigris. Long. lin. 17—19. E Mexico.

Tab. LII. Fig. 2.

Antennarum longitudo et forma ut M. gigantei, at color laete flavido-ruber, aut tota fere longitudine aut clava saltem. Thorax ater vittis tribus minus atris, obsoletis, media longitudinaliter divisa. Abdomen cyanescente nigrum. Alae rufo-flavae margine interno apiceque sinuato-flavidae, venis maioribus subrubris. Halteres fusci. Pedes nigri. In Museo Berolinensi et nostro.

3. *Midas mystaceus.*

Ater, antennis rubidis, epistomate utrinque albopiloso. Long. lin. 16 ♂. Ex Surinam.

Tab. LII. Fig. 3. *a.* Caput ab ant. *b.* Antenna.

Antennarum articuli duo basilares nigri: tertius longissimus clavaque elongata bipartita flavo-rubida (Fig. 4. *b.*) Caput nigrum:

epistoma utrinque pilis distinctis albis, medio pilis nigris (Fig. 4. a.). Thorax ater, vittis duabus obsoletissimis vix albicantibus, antice paulo distinctioribus. Abdomen atrum, secundum segmentum parum politum atque in fuscanum transiens; ultima segmenta utrinque parum chalybescentia. Venter ubique politus niger. Alae sinuato-nigrae: margine interno apiceque extremo fuscano-flavidae, at violaceo resplendentes. Halteres nigri. Pedes chalybescente-nigri; tibiarum posticarum spina apicalis valde conspicua, at femorum posticorum spinae brevissimae. In Museo Berolinensi.

4. *Midas nitidulus* Oliv.

Thorace nigro, albido-vittato; abdomine subcupreo: utrinque viridaureis maculis. Long. lin. 16.

Tab. LII. Fig. 4.

Olivier in *Encyclop. meth. Hist. nat.* VIII. 83. 2. v. s. pag. 32.

Antennae nigrae, epistoma nigrum hirsutie flavido-alba. Frons nigra, nigello-hirta. Thorax niger, valde detritus, reliquiis vittarum duarum marginibusque lateralibus albidis. Pleurae reliquiis hirsutiei rufae. Abdominis segmentum primum nigrum, flavido-hirtum; quatuor sequentia saturatissime cuprascentia, singula utrinque macula trigona flavo-hirta, at viridaureo resplendente, in segmenti basi cum pari fere cohaerente. Alae dilute flavidae: venis brunneis. Pedes nigri.

Exemplum vetustissimum Musei Berolinensis, ex Museo Holthuysiano a. 1796 auctione emtum, in cuius Catalogo (Sect. III. pag. 213. num. 315) sub nomine *M. nitida* a beato Lichtensteinio insertum fuit, abdomine mutilatum ventre carens, unde forsan color cupreus laetior factus est, quam in integris

exemplis. Sexus propter defectum apicis abdominis haud definiendus.

5. *Midas tricolor.*

Thorace femoribusque posticis rubidis; epistomate aurato; abdomine chalybeo. Long. lin. 13. ♀. Ex insula Cuba.

Tab. LIII. Fig. 5.

Antennae nigrae. Epistoma dense aurato-pilosum, medio nigrum; genae politae nigrae. Thorax rubigineus, extremo apice niger: hoc nigrum in modum vittae mox angustatae et abbreviatae partem rubigineam intrat; utrinque vitta altera flavido-alba, pari modo abbreviata, tumque vix fuscanae lineae similis est continuata. Pleurae nigrae. Abdomen nigro-chalybescens. Alae saturate flavae, apice saturatiores, venis rubido-flavis. Pedes nigri, femoribus posticis flavido-rubris: apice nigris. In Museo Berolinensi.

6. *Midas tibialis.*

Niger, tibiis tarsisque flavis; alis fuscanis. Long. lin. 13. ♂. Ex Baltimore. [19])

Tab. LIII. Fig. 6.

Antennae desunt. Caput nigrum, epistomate nigro-hirto, oculis usque ad antennarum insertionem flavido marginatis.

---

[19]) Cum in unico, quod nobis inspicere licuit, exemplo *Midae tibialis* antennae plane perierint, sicut pedes postici in *Mida fulvifronte* v. i. N. 13., artificem eximium, qui nostras tabulas pinxit, has partes, quae ad naturam effingi nequiverunt, ad imitationem earum specierum, quae utrique proximae sunt, extremis tantum lineamentis exprimere iussimus, donec, integra nacti exempla, de coloribus etiam certi quid statuere possemus.

Thorax detritus videtur, sine ullo picturae vestigio. Abdomen nigrum, politum, primo segmento pilis nigris obsitum. Alae fuscanae. Femora nigra, extremo apice tantum flava; tibiae et tarsi lutei in melleum transeuntes. In Museo Berolinensi.

7. *Midas politus.*

Thorace nigro glabro; abdomine cupreo; alis nigris; pedibus ferruginosis. Long. lin. 13. ♀. Habitat?

Tab. LIII. Fig. 7.

M. politus Wiedemann *Aussereurop. zweiflügl. Insecten*, I. 240. 2.

Antennarum articuli 1, 2 nigri, ceteri perierunt, exemplo alias bene conservato. Caput nigrum et nigro-hirtum: occipite parum albicante. Thorax glaberrimus, politus; pleurae albido-micantes. Abdomen cuprascens; ventre subferruginoso. Alae nigrae, subviolaceo resplendentes. Halteres ferruginosi. Tibiarum anticarum apex, tarsique omnes setulis nigris, tibiarum anticarum facies interna plantaeque posticae certo quodam situ fulvo-micantes. In Museo Belgico Lugduni Bat.

8. *Midas filatus.*

Niger, abdominis segmento secundo aurantiaco; alis nigris. Long. lin. 10—12. Ex America boreali.

Tab. LIII. Fig. 8.

Degeer Mem. Ins. VI. 204. 2. tab. 29. fig. 6. *Nemotelus asiloides*: niger, antennis cylindricis muticis; abdomine longo cylindrico; segmento secundo rufo-flavo; alis fuscis.

Drury *Illustr. Ins.* I. 103. Tab. 44. Fig. 1. *Musca clavata.*

Fabricii Systema Entomologiae. 756. 1. *Bibio illucens.* B. antennis subclavatis, nigra, abdominis segmento secundo lateribus pellucido, femoribus posticis serratis.

Fabr. Mantissa Ins. II. 328. 1. *Bibio filata:* antennis subclavatis nigris, abdominis segmento secundo lateribus pellucido, femoribus posticis serratis.

Fabr. Entomologia systematica emendata. IV. 252. 1. *Mydas filata.* M. nigra, abdominis segmento etc.

Latreille *Dict. d'hist. nat.* XXIV. 192. 548. *Mydas filata.*

Latr. *Hist. nat. des Crust. et des Ins.* XIV. 338. *Mydas filata.* Tab. CXI. Fig. 6. (icon pessima).

Fabr. Syst. Antl. 60. 1. *Mydas filata*, nigra, abdominis segmento secundo lateribus testaceis, femoribus posticis serratis.

Latr. Genera Crust. et Ins. IV. 294.

Duméril *Consider. générales sur la Classe d. Ins.* pag. 229. tab. 48. fig. 8.

Wiedem. Dipt. exotica. I. 116. 2.

Wiedem. *Aussereurop. zweifl. Insect.* I. 240. 3. Taf. II. Fig. 3.

Antennae nigrae, basis tribus articulis composita videtur, quorum 2, 3 brevissimi sunt et subcyathiformes; articulus cylindricus penultimus ante apicem partitus; clava canescens. Caput nigrum parum politum, ocellus paullo distinctior, quam in caeteris. Stethidium nigrum absque nitore. Abdomen atrum; margo posticus segmenti primi utrinque et segmentum secundum aurantiaca, interstitio medio angustissimo nigro, non in omnibus obvio. Venter incisuris parum rubido-brunneis; anus rufo-pilosus. Alae fusco-nigrae, parum violascentes. Halteres fusci. Pedes picei, onychiis ferrugineis. In Museo Fabricii, nostro aliisque: mares et feminae.

9. *Midas brevicornis.*

Niger, politus, abdominis segmentis 3, 4 flavido-diaphanis. Long. lin. 11. ♀. Ex Brasilia.

Tab. LIII. Fig. 9.

Wiedem. Dipt. exot. I. 117. 3.
Wiedem. *Aussereurop. zweifl. Insect.* I. 242. Taf. II. Fig. 4.

Antennae brevissimae, capite parum longiores, nigrae, clava cinerascente. Epistoma nigrum pilis brevissimis nigris; orbitae parum albicantes. Abdominis segmenta 3 et 4 flavida: margine antico et postico nigra; in tertio segmento flavum longitudinaliter bipartitum. In ventre nihil flavidi conspicitur. Alae flavido-sublimpidae: area costali maculaque magna apicali obsoletiore, e venarum limbis quasi adustis confusa. Pedes nigri. In Museo nostro et Berolinensi.

Variat segmentis abdominis 3 et 4 utrinque prope marginem lateralem macula tantum parva subquadrata flavida et alis ubique fuscis chalybeo resplendentibus. *Midas ïopterus* Wied. *Aussereurop. zweifl. Insect.* I. 241. 4.

10. *Midas leucops.*

Thorace nigro: vittis epistomateque albo-pilosis; abdomine chalybeo; alis sinuato-fascano-flavis. Longit. lin. 11. ♂. Ex Brasilia.

Tab. LIII. Fig. 10.

Antennae nigrae, forma sicuti M. gigantei. Caput nigrum, fronte verticeque nigro-pilosis; epistoma albo-pilosum: pilis adpressis medio longitudinaliter divisis, certo aliquo situ parum flavescentibus. Thorax niger, vittis atris, iisque pilis albis obsi-

tis, qui pili etiam margines laterales obtegunt et in basi costae alarum obvii sunt. Pleurae detritae, fusco-nigrae, postice reliquiis pilorum alborum. Abdomen laete chalybeum. Alae fuscano-flavae venis rubidis, margine interno apiceque sinuato flavidis; lobulo baseos interno fusco. Halteres pedesque nigri: in coxis posticis pili albi. In Museo nostro; exemplum thorace paulum detritum.

11. *Midas ruficornis.*

Niger, thorace antice melleo-fuscano; antennis ferrugineis; alis fuscis. Long. lin. 9. Ex Tranquebar.

Tab. LIII. Fig. 11.

Wiedem. Analecta entomol. 20. 4.

Wiedem. *Aussereurop. zweifl. Insect.* I. 242. 6.

Antennarum articuli 1, 2 nigri, sequentes ardenter ferruginei. Caput nigrum: epistomate utrinque flavido-piloso, ad latus antennarum macula albo-pilosa; occiput albicans. Thorax melleo-fuscanus: postice sensim nigricans. Abdomen submetallico-nigrum, punctatum: punctis haud valde confertis. Alae fuscae: violascente resplendentes; halteres fusci. Pedes nigri; tibiae et tarsi posteriores obscure rubido-fusci, femora postica subtus spinis tribus vel quatuor longiusculis. In Museo Regio Havniensi.

12. *Midas interruptus.*

Niger; abdomine fasciis tribus flavis: prima utrinque interrupta. Long. lin. 9, 10. ♂, ♀. E Mexico.

Tab. LIII. Fig. 12. ♂, ♀.

Antennae nigrae: clava extus flexa. Caput nigrum, politum: epistoma et frons pilis raris albis; oculorum margines

(orbitae) infra, usque ad antennarum insertionem, flavi. Thorax languide niger: vittis obsoletis canescentibus. Abdomen nigrum politum: segmento primo hirsutie tenui alba obsito; margines postici segmentorum trium sequentium in mare flavido-albi, in femina paulo saturatius flavi, ita ut referant fascias tres angustas, quarum prima utrinque est abbreviata, aut interrupta potius, nam fasciae usque ad margines laterales segmentorum extensae, quid? quod in ventrem continuatae sunt. Alae fuscano-flavae, ad marginem costalem, venas longitudinales medias apicemque saturatius. Halteres flavi. Pedes nigri: hirsutie tenui albida obsiti. In Museo Berolinensi.

13. *Midas fulvifrons* Illig.

Niger, abdominis medio flavo; epistomate fulvo-hirto. Long. lin. $9\frac{1}{2}$. ♂. E Georgia americana.

Tab. LIII. Fig. 13.

Illiger Magazin für Insektenkunde. I. 206. 32.

„Mydas fulvifrons. *Goldstirnige Keulenfliege.* Nigra, abdominis seg-
„mentis intermediis luteis, diaphanis. *Schwarz, mittlere Leib-*
„ringe trübgelb; durchscheinend; Länge beinahe einen Zoll.“

„Völlig von der Gestalt der M. filata, *aber kleiner, etwas*
„schlanker. Das Gesicht ist mit goldgelben Haaren bedeckt.
„Der ganze Leib schwarz; der zweite, dritte und vierte Leibring
„sind schmutzig röthlichgelb, durchscheinend; die Ränder dieser
„Leibringe gelblich; Seitenränder etwas schwärzlich, der fünfte
„Leibring ist an der Wurzel ebenfalls etwas rothgelb, übrigens
„wie der sechste, siebente und der letzte Ring schwarz, dieser
„am Ende etwas behaart. Das Bruststück ist wie der kurzbe-
„haarte erste Leibring mattschwarz, jenes hat einige kaum merk-

„liche sammtschwarze Striemen. Die sonderbar gestalteten klei-
„nen Pölsterchen, wovon an jedem Winkel der Rückenseite des
„Brustst ücks Eins steht, die querrunzlige Gegend unter dem
„Rückenschilde, die nackten zusammengedrückten Schwingkolben,
„die querrunzligen verdickten, unten sägezähnigen Hinterschen-
„kel, den gebogenen Zahn, in den die Hinterschiene an der In-
„nenseite ausläuft, die beiden rothgelblichen flügelförmigen Fort-
„sätze des Klauenglieds, die russbraunen schielenden Flügel hat
„diese Art mit M. filata gemein. Neu-Georgien. Von Francil-
„lon in London an Hellwig mitgetheilt."

Antennae longae nigrae: clava rubiginosa. Epistoma fusco-nigrum, hirsutie fulvida: certo quodam situ fere albicante. Frons nigro-hirta. Stethidium nigrum: in thorace languido adparent vestigia vittarum canescentium. Abdominis segmentum primum nigrum, 2—4 et quintum, medium saltem, mellea; cetera nigra. In flavorum segmentorum marginibus lateralibus singulis macula nigra conspicitur. Alae saturate flavidae; halteres nigri. Pedes nigri: tibiis in rubido-fuscum paulatim transeuntibus. Pedes postici perierunt. In Museo Berolinensi.

14. *Midas apicalis.*

Niger, abdomine chalybeo: medio nigro; antennis apice rubris. Long. lin. 9. ♂. Ex Brasilia.

Tab. LIII. Fig. 14.

Epistoma et frons nigra et nigro-hirta. Antennae nigrae: clava ultra bipartitionem subminiata. Stethidium nigrum, vix vittatum. Abdomen laete chalybeum, primo, tertio quartoque segmento nigris: his marginibus lateralibus chalybeis. Alae

sinuato-nigrae margine interno flavido. Pedes nigri. In Museo Berolinensi.

15. *Midas rufithorax.*

Niger, thorace rufo-hirto; abdominis incisuris flavidis. Long. lin. 8. ♂. E Promontorio bonae spei.

Tab. LIV. Fig. 15.

Wiedem. Dipt. exot. I. 117. 4.
Wiedem. *Aussereurop. zweifl. Insect.* I. 242. 7.

Antennae nigrae, clava solito paulo crassiore, certo quodam situ grisea. Epistoma et barba albida; frons et vertex rufo-hirta. Pleurae postice rufo-hirtae, antice glabrae asphaltinae. Abdomen lateribus, extrema basi apiceque rufo-, medio flavido-hirtum, incisura secunda callosa, politissima, obscure testacea, caeteris ferrugineo-flavis, omnibus latere utrinque albis. Venter ferrugineo-flavus: pilis longis flavidis. Alae flavidae; halteres ferruginei: capitulo fusco. Pedes rufi; femora postica dimidio apicali faciei internae nigra. In Museo Westermanni.

16. *Midas Westermanni.*

Niger, thorace abdominisque basi flavido-villosis; reliquo abdomine nigro-hirto. Long. lin. $7\frac{1}{2}$—$9\frac{1}{2}$. ♂, ♀. In Promontorio bonae spei, praecedente multo frequentior.

Tab. LIV. Fig. 16.

Wiedem. *Zool. Magazin. Band I. St. III. S.* 19. *Nr.* 27.

Wiedem. Dipt. exot. I. 118. 5.

Wiedem. *Aussereurop zweifl. Insect.* I. 243. 8.

Antennae fusco-nigrae: clava solito crassiore apice canescente. Barba, epistoma, frons, thorax, scutellum, abdominisque segmenta duo anteriora flavido-villosa, thoracis villi laterales subfulvi. Pleurae, pectus, venter subfulvo-villosa. Abdominis tergum inde ab apice secundi segmenti nigro-hirtum. In segmento secundo calli duo laterales transversi, glaberrimi, haud pilosi. Incisurae abdominis subtestaceae. Alae disco flavidae, venis halteribusque fuscis. Pedes badii, flavido-hirti. In Museo Westermanni sexus ambo, in Museo nostro femina.

17. *Midas fasciatus.*

Niger, thoracis hirsutie, pedibus antennarumque apice ferruginosis; alis flavis. Long. lin. 7—8. ♂, ♀. Habitat?

Tab. LIV. Fig. 17. ♂, ♀.

Wiedem. *Aussereurop. zweifl. Insect.* I. 243. 9.

Antennae nigrae, clava ferruginea. Epistomatis hirsuties longa, alba; barba alba. Frons ferruginoso-hirta. Thorax maris vittis duabus lineaque intermedia albidis, trans hirsutiem distinguendis, quarum in foemina nullae apparent. Abdomen glabrum nigrum, basi utrinque albo-hirta, incisuris, inde a secunda, flavis, eaque bis interrupta, marginibus lateralibus segmentorum, in mare omnium, in femina posteriorum tantum, flavis. Venter anusque flavi. Alae flavae, halteres fusci. Pedes ferruginosi. In Museo Caesareo Viennensi.

18. *Midas virgatus.*

Niger, thorace vittis albo-micantibus; alis infumatis. Long. lin. $7\frac{1}{2}$. ♀. E Brasilia.

Tab. LIV. Fig. 19.

Antennae sat longae, nigrae: clava subtus paulum rubida. Epistoma nigrum, politum, piliolis albis obsitum. Frons nigro-hirta. Thorax vittis duabus linearibus, postice parum convergentibus, marginibusque lateralibus albo-micantibus. Abdomen omnino politum, glabrum, nigrum. Venter politus, fusco-niger: incisuris utrinque paulum albo-micantibus. Alae aequaliter infumatae. Halteres nigri. Pedes nigri. In Museo Berolinensi.

19. *Midas lusitanicus.*

Niger, thorace albo-vittato, abdomine albo-annulato, in mare nigro, in femina luteo; alis flavidis. Long. lin. 8—9. ♂, ♀. Ex Lusitania.

Tab. LIV. Fig. 18. ♂, ♀.

Wiedem. *in Meigen Systemat. Beschreibung der bekannten europ. zweifl. Insect.* II. 130. 1. Taf. XVI. Fig. 5, antenna; f. 6, ala.

Antennae nigrae. Caput nigrum; barba epistomatisque hirsuties alba. Thorax niger vittis duabus marginibusque lateralibus albis, inter vittas conspicitur linea albida obsoletior. Abdomen maris nigrum, piliolis brevibus albis obsitum, segmentorum 1, 2 margines laterales longioribus pilis muniti, in se-

sundo segmento maris margo posticus aurantiacus, utrinque callo transverso ovali, segmentorum sequentium margines postici in tergore et ventre flavido-albi; laminae anales flavido-albae. In feminae abdomine primum segmentum nigrum glabrum, nullis pilis, ut videtur, obsitum; secundum segmentum margine anteriore nigrum, caeterum luteum; segmenta 3, 4 lutea marginibus lateralibus nigris, 5 apice tantum luteum; incisurae flavido-albae; segmenta ultima nigra. Pedes nigri, in mare albo-hirti. Femora postica haud spinosa. Alae in femina saturatius flavidae. Halteres flavi. In Museo Berolinensi sexus ambo, in Museo nostro mas.

20. *Midas notospilus.*

Niger, thorace maculis sex albis; abdominis fasciis pedibusque flavis. Long. lin. 7. ♀. Ex Montevideo.

Tab. LIV. Fig. 20.

Wiedem. *Ausereurop. zweifl. Insect.* I. 244. 10.

Antennae nigrae, clava apice rubiginosa. Caput nigrum: orbitis niveo-micantibus; barba rara alba, margo superior oris plagulaque iuxta antennas albo-pilosae. Thorax niger, certo quodam situ parum canescens et tunc vittis duabus angustis notatus. Anguli thoracis flavo-fuscani: inter humeros maculae duae albidae oblongae, parum obliquae; ad margines thoracis laterales utrinque totidem maculae albidae, vittam interruptam referentes. Pleurae vix albidae. Abdomen glabrum, nigrum: incisuris omnibus flavis; basis utrinque callo transverso albido.

Venter niger, incisuris latis albidis. Truncus nusquam hirsutie obsitus; in abdomine vix oculo armato pilioli rari flavidi adparent. Alae flavidae, venis fuscano-limbatis; halteres fusci. Pedes ferruginoso-flavi; tibiae posticae infra setis brevibus flavis, apice spinis aliquot. In Museo Berolinensi.

21. *Midas longirostris.*

Niger, thorace flavido-vittato; abdomine fasciis albis ♂, flavis ♀; pedibus flavis; proboscide elongata. Long. lin. $6\frac{1}{2}$. E Promontorio bonae spei.

Tab. LIV. Fig. 21. ♂, ♀.

Antennae nigrae, clava medio rufo-flava. Epistoma et frons nigra, albo-hirta, illud tuberculo rubido. Proboscis nigra, elongata, gracilis, horizontaliter porrecta, longitudine lineam aequans. Orbitae interne usque ad verticem albae. Thorax languide niger, vittis duabus latis marginibusque lateralibus flavidis, margine postico angulisque rubidis. Pleurae glabrae piceae; scutellum glabrum, nigrum: metathorace lato, luteo. Abdomen glabrum, piceum: in mare gracillimum: incisuris ipsis niveis, ante incisuras colore luteo notatum; marginibus lateralibus ventreque flavis. Abdomen feminae multo latius, incisuris flavis, marginibus lateralibus parum vel omnino non flavis, ventre vero sordido luteo. In maris segmenti secundi margine postico calli duo fusci, in femina totus margo callosus. Alae ad costam plaga fusca, a basi incipiente, ante apicem bipartita; et limbo fusco venae penultimae; halteres flavi. Pedes anteriores flavi; femora postica maris supra ad duos trien-

tes nigra; feminae ad dimidium usque brunnea, basi in ambobus flava. Tibiae posticae apice in mare magis, in femina multo minus brunneae. In Museo Berolinensi.

22. *Midas vittatus.*

Canus, thorace vittis nigellis; abdomine brunneo albo-fasciato. Long. lin. $6\frac{1}{3}$. ♂. Ex Nubia.

Tab. LIV. Fig. 23. *a.* Venae alae. *b.* Antenna. *c.* Pes posticus. 23. *d.* Ala magnitudine aucta.

*Wiedem. *Aussereurop. zweifl. Insect.* I. 559. 37.

Antennae nigrae, longitudine mediocres, clava crassa, haud subdivisa. Epistoma niveo-hirtum; frons et occiput minus alba. Thorax canus: vittis tribus nigris haud interruptis, humeris dilute rubidis. Pleurae albidae. Abdomen fuscum paulum in rubidum transiens; margo segmentorum posticus albus. Alae limpidissimae, venis flavido-albis: costa paulo magis flavida. Pedes brunnei. In Museo Francofurtano; a Rüppellio in Nubia captus.

Species ista, a Savignio (teste Latreillio v. s. pag. 27) ex Aegypto advecta, quae tamen nullo alio loco, nec in magno quidem illo Opere Aegyptiaco, ubi complura alia insecta sunt depicta, nobis descripta est, huc referenda esse videtur; nam antennae, alae, pedesque *vittati* nostri, revera a ceterorum forma aliquantum differunt, eo quod antennarum clava est crassior, Fig. 23. *a*, alarum vena apicalis Fig. 23. *b** extrema ad submarginalem excurrit, femora postica Fig. *c.* spinis carent.

Pro *Mida lineato* Olivier, v. s. pag. 33, *vittatum* haberem, licet iste nigricantes pedes et abdomen habere dicatur (nam rufum et nigricans inter se non ita est diversum, utrumque etiam saepe variat), nisi Olivier diceret de *lineato* suo: femora postica subtus esse leviter spinosa et parum incrassata; cum in *vittato* nostro pilis tantum tenerrimis obsita sint. Dolendum est, quod magnitudo non est indicata, nam dicitur tantum: abdomen multo gracilius *(aminci)* esse, quam in *Mida filato.*

23. *Midas callosus.*

Niger, abdomine pedibusque fuscano-flavis, abdomine feminae nigro; alis brunneis. Long. lin. 4—5. E Promontorio bonae spei.

Tab. LIV. Fig. 22. ♂, ♀.

Wiedem. *Aussereurop. zweifl. Insect.* I. 580. 12.

Antennae nigrae, clava flavido-rubra, in femina articulus tertius iam fusco-rubidus. Epistoma, frons, occiput in mare albo-hirta, in femina absque hirsutie. Thorax niger, in mare vittis duabus marginibusque lateralibus pilosis flavo-fuscanis, his vero extus pilis albis. Pleurae piceae macula postica e pilis albis; in femina pili nulli. Abdomen maris glabrum, brunneo-flavidum: pilis aliquot albis in primo segmento, callo transverso utrinque in secundo; ceterum abdomen totum piliolis tenuissimis brevissimis vix conspicuis obsitum. Feminae abdomen contra glaberrimum, fusco-nigrum, anticam partem versus brunneo-subdiaphanum; anus spinulis vel setulis brevibus ru-

bido-fuscis, in mare laminis duabus brevibus acutis forcipiformibus. Alae in mare dilutius in femina saturatius brunneae. Pedes brunneo-flavi, in femina fere brunnei. In Museo Westermanni et Berolinensi.

1 ♂

1 ♀

4

2

3 a

3 b

3

5



6

10



7



8



9

13

11



12 ♂

14

12. ♀

I. Sturm sc.



L. Sturm sc.

QL
468
W5
Ent.

QL 468 W5 Ent.
Wiedemann, Christian Rudolph Wilhelm.
Monographia generis midarum.

SMITHSONIAN INSTITUTION LIBRARIES
3 9088 00356700 5
nhent QL468.W5
Monographia generis midarum /